guntur· potestatis unitate conectitur. Itaque alter in matre ero· et unum in alterutro·
Nam et patris gloria est· si non degenerauit in filio· et filii gloria· si pater uidetur in christo·
Ergo non degener· in quo unitatis summa maiestas· non alienus· in quo proprietas genera
tionis· expressio ueritatis est. De templi destructione. LXXXV.

Non relinquetur lapis super lapidem· qui non destruatur. Sequebatur de
uidua locus· quam quoniam in libro quem de uiduis scripsimus pro modica
uirium· nunc sequestraui. Uerum autem dictum est iuxta proposita dictum esse
de templo quod Salomon condidit· idque primum ab hoste iudicii esse tempore subintendum.
Nichil est enim operum et manufactum· quod non aut uetustas conficiat· aut uis subruat· aut
ignis exurat. Tamen est et aliud templum· constructum ex speciosis lapidibus et ornatum
donis· cuius euersionem dominus significare uidetur· synagogam scilicet iudeorum· cuius stru
ctura uetus· ecclesia surgente dissoluitur. Est et templum in unoquoque· quod deficiente
fide labitur· et maxime si quis falso christi nomine obtendat· quo interiorem ex
pugnet affectum. Potest et ea esse expositio· que mihi plus prodest. Quid enim prodest mihi diem
scire iudicii· Quid mihi prodest tantorum esse conscio peccatorum· si dominus ueniat· non ueniat
in meum animum· redeat in meam mentem· non uiuat in me christus· in me christus loquatur.
Ergo mihi christus debet uenire· mihi debet aduentus eius fieri. Fit autem domini secundus ad
uentus in defectione mundi· quando possumus dicere· mihi autem mundus crucifi
xus est· et ego mundo. Sed hunc uirum talis mundi defectus· si in superioribus
domus inueniat· ut conuersatio huius in celis sit· tunc destruitur templum corporale
atque uisibile· lex corporalis· et pascha corporale· et pascha uisibile· et azima
corporalia· et azima uisibilia. Audeo dicere· christus temporalis ut fuit paulo ante
quam crederet· quoniam meo cum mundus deficit· christus eternus est· huic spiritale tem
plum· lex spiritalis· pascha est spiritale· quo semel christus occiditur. Hic epulatur
azima· non ex fruge terrena· sed ex fruge iusticie. Fit ergo huic presentia sa
pientie· presentia uirtutis atque iusticie· presentia redemptionis. Hec enim
christus semel quidem pro peccatis populi mortuus· sed cotidie peccata populi rede
pturus. De iudicio futuro et signis eius. LXXXVI.

Cum autem audieritis prelia et opiniones preliorum. Interrogatus
dominus quando templi futura destructio· et quod signum esset aduentus